



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

De varijs pœnis et vltimo supplicio hæreticorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

mittat ipsa per suas Deo dilectas literas om-  
nibus sanctissimis Metropolitibus sub ipsa exi-  
tibus, quorum cuilibet cura erit ipsa manife-  
sta facere sanctissimis Ecclesijs sub ipsis ordi-  
natis, vt neminem ex omnibus lateant quæ  
sacerdotio visa sunt, & ab imperio confirma-  
ta. Diuina subscriptio. Diuinitas te seruet per  
multos annos, sancte ac religiose Pater. Data  
octauo Idus August. Constantinopoli, post  
consulatam Bilisarij.

DE POENIS VA-  
RIIS HAERETICORVM ET  
quod vltimo supplicio affi-  
ciendi sint.

ARCADIVS, HONORIVS ET THEODO-  
sius Imp. inl. Manichæos, C. de hæret.  
& Manich. &c.

Hæreticos meritissima seueritate persequi-  
mur. Hinc itaque hominum generi nihil  
ex moribus, nihil ex legibus commune sit  
ceteris. Ac primum volumus esse publi-  
cum crimen. Quia quod in religionem diui-  
nam committitur in omnium fertur iniuriam.  
Quos bonorum etiam omnium publicatione  
persequimur. Ipsos quoque volumus amo-  
ueri ab omni liberalitate & successione quoli-  
bet titulo vendente. Præterea non donandi,  
non emendi, non vendendi, non postremo  
contrahendi cuiquam conuicto relinquimus  
facul-

Hæresis pub-  
licum crimē.

Religionis le-  
sio est com-  
munis omniū  
iniuria.

Pœne hære-  
ticorum.

Qq

facul-

Hæretici capitaliter puniendi: nam publicè interest prouincias malis hominibus purgari vt in quiete boni & orthodoxi permanent. l. 2. C. quan. lic. fin. iud. vind. & l. congruit. ff. de off. persid.

Receptatores hæreticorum puniendi.

Hæretici non debent gaudere beneficijs Catholicorū

Quia beneficijs principum in alterius iniuriam non tribuuntur. l. nec auus C. de emanc. liber. Iniuria autem fit Catholicis, quando hæretici gaudent beneficijs, quibus affici debent orthodoxi. Poena seductorum.

facultatem. In mortem quoque inquisito tendatur. Nam si in criminibus maiestatis cet memoriam accusare defuncti, non immerito & hic debet subire tale iudiciū. Ergo & premissa illius scriptura irrita sit, siue testamentum siue codicillo, siue Epistola, siue quolibet genere reliquerit voluntatem, qui Manichæ fuisse conuincitur, sed nec filios heredes ei ostendere, aut adire permittimus, nisi a paterni uitate discesserint. Delicti enim veniam precantibus damus. In eos etiam auctoritatis nostra aculei dirigantur, qui eos domibus damnanda prouisione defendunt. Semper super extra noxam esse volumus, si domos sacrilegum euitantes, ad Ecclesiam Catholicam seruitio fideliore transferint.

IVSTINIAN. IMP. IN L. 19. (QVAE ALI in lib. prætermitt. Cod. est) C. de her. & Manich. &c.

**H**AERETICI orthodoxorum præiulia habebant: quinimò supremo officio publico, bona eorum publicentur, testamentum non faciunt, nullo modo contrahunt, heredes non habent. Si orthodoxi sint post mortem accusentur, ipsorum testamenta irrita sint.

THEODOS. ET VALENTINIAN. IMP. in eum qui. C. de apostatis.

**Q**ui seruum vel ingenuum inuitum, seu in fideione plectenda ex cultu Christiana religionis in nefandam sectam ritumque transducunt.

perit, cum dispendio fortunarum capite  
sumendum esse censemus.

THEODOS. ET VALENTINIAM. IN L. 3.  
(quæ aliâs in prætermis. lib. (C. de sum. trin.  
& fi. Cath. &c

Sanctimus ut omnes impie Nestorij fidei æ-  
mali, aut nefariæ eius doctrinæ sequaces,  
siquidem Episcopi sint aut clerici, ab Ecclesijs  
facto sanctis eijciantur, si verò Laici fuerint  
anathematizentur. licentiam habentibus cun-  
ctis orthodoxis, qui nostræ piæ legis sectatores  
sunt, illos, si voluerint, omni metu & damno  
cessante publicè denunciare & accusare, reosq;  
peragere.

Admonendus est hęc pius lector hanc legem à Typo-  
graphis Lugdunensibus bis editâ fuisse, primùm qui-  
dem eo modo & ijs verbis, quibus modo adscripta est.  
ut potè decurtata, & brevior facta, quibusdam, ut  
probabile est, à Tribuniano amputatis: deinde totam  
integram, qualis extabat in libro nouellarum Theo-  
desij & Valentiniâni, vnde illam desumpsit Tribunia-  
nus, ex qua infra, vbi de scriptis hæreticorum agitur,  
etiam nonnihil ad institutum seruiens excerpimus.  
Huius porò constitutionis facit mentionem Euaagrius  
Scholasticus, & ex ea quedam verba recenset: quo  
loco ait eam esse tertiam numero constitutionem libri  
primi Codicis tituli primi. Meminit etiam huius Ne-  
sthorus libro 14. cap. 36. Eccles. Hist.

IMP. MARTIANVS IN L. NEMO CLERI-  
cus. C. de sum. trin. & fide Cath. &c.

Hæretici non solum contra fidem verè expo-  
sitam veniunt, sed etiam Iudæis & Paganis

Episcopi vel  
clerici in hæ-  
resim lapsi ab  
Ecclesijs eijci  
debent.

Hæreticos  
recte fidei ad-

Q9 2 ex

uerfari eamq;  
infidelibus  
ludibrio ex  
ponere.

ex huius modi certamine profanant veneranda mysteria. Huius igitur criminis rei videri compellentur, pro vigore iudicorum, & competentibus supplicijs subiugandi.

IUSTINIAN. IMP. IN EDICTO DE FID.  
latine reddito per Anton. Contium Ic. & habetur in  
l. v. C. de sum. trin. & fid. cath. & c. §. Haec igitur.

Nestorius an-  
thropolatra.

**H**æc igitur cum ita se habeant, anathematizamus omnem hæresim, præsertim veronastorium Anthropolatram, diuidentem unum dominum nostrum Iesum Christum filium Dei & Deum & Deum nostrum, nec discretam secundum veritatem consistentem sanctam gloriosam semper virginem Mariam theotokion esse, hoc est Deiparam, sed alium esse Deum ex Deo patre, alium qui ex sancta per virginem Maria natus est: hunc autem gratia & proximitate, quam habuit cum Deo vero, Deum factum esse. Neque verò Nestorium solum, sed & Eutychem mente captum, pharissiam inducentem, negantem autem carnationem, hoc est, nostram salutem consistentem per omnia consubstantialiam secundum diuinitatem, et consubstantialiam secundum humanitatem. Simili modo & Apollinarem anemicida, seu psychophtoron, dicentem dominum nostrum Iesum Christum filium Dei & Deum nostrum inanimem esse, & confusionem seu perturbationem superducentem in humanitati vnigeniti filij Dei, Sed & omnes, qui eundem cum eo sentiunt. Si enim aliqui post hæc nostrum

Apollinaris  
anemicida.

nostram pramonitionem certò & liquidò id cognoscentibus & comperientibus locorum Episcopis Dei amantissimis, inuenti fuerint post hac in contraria his opinione esse, hi nullus indulgentiæ expectent veniam: iubemus enim tales tanquam confessos hæreticos comperenti animaduersione subiugari.

IDEM IVSTIN. IN L. 6. (ABEOD. CON-  
tio translata) C. dicto tit. §. His ita se habentibus.

His ita se habentibus, anathematizamus omnem hæresim, præcipuè verò Nestorium anthropolatram, et qui eadem cum ipso sentiunt vel senserunt. Qui diuidunt vnum Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, & Deum nostrum, & qui non confitentur propriè & secundum veritatem sanctam gloriosam & semper virginem Mariam theotocon, seu Deiparam, id est Dei matrem, sed qui duos filios dicunt, vnum ex Deo patre Deum verbum, alterum ex sancta semper virgine Deipara Maria, gratia & habitudine & propinquitate, quam cum Deo verbo habet, natum esse: & qui negant nec confitentur dominum nostrum Iesum Christum filium Dei & Deum nostrum incarnatum & hominem factum, & crucifixum, vnū esse ex sancta & consubstantiali trinitate. Ipse enim solus est coadorandus & conglorificandus Patri & sancto spiritui. Anathematizamus insuper & Eutychem mente captum, & qui cū eo sentiunt, aut senserunt, qui phantasiam introducunt, nègantque veram natiuitatem seu

Nestorij error negantis D. Virginem esse Deiparam.

Eutyches hæreticus mente captus, eiusq; error.

Q 3 genera-

generationem Domini & saluatoris nostri Iesu Christi ex sancta virgine, & Deipara, hoc est nostram salutem: & qui non confitentur ipsam consubstantialem nobis, secundum humanitatem. Similiter autem anathematizamus

Apollinarius  
psychophton.

Apollinarium psychophton, siue animam, & qui cum eo sentiunt, vel senserunt: qui dicunt inanimé, hoc est animam humanam expertem dominum nostrum Iesum Christum filium Dei & Deum nostrum: & qui confusionem aut turbationem introducunt & inuehunt in regenerati Dei filij in humanationem, seu humanitatem: & omnes postremò, qui eadem cum eis senserunt, aut sentiunt. Dat. Id. Martij Constantinop. D. N. Iustiniano PP. A. 3. Col.

*Scriptum est hoc edictum eodem exemplo Epistolae item. Caesariensibus, item Cyzicenis, Amidenis, Pezontijs, Hierosolymitanis, Augustanis, Tarso, Anciranis.*

IDEM IUSTINIAN. IN EDICTO post. Constantinop. §. Quae enim

Memoria haereticorum damnata.

Quae de haereticis proferuntur in Synodo, pars gestorum fiunt, non ad liberationem interferuntur, sed ad maiorem condemnationem eorum, & qui eis similia sapiunt.

IDEM IN EOD. EDICTO. §. Si verò quidam.

Haereticus obstinatus et post mortem anathemati subdi potest.

Omnis haereticus usque ad finem vitae in errore permanens, iuste perpetuo anathemati etiam post mortem subijcitur, & hoc multis haereticis & antiquioribus & propius factum est.

IDEM IVSTIN. IN EOD. EDICTO.  
to. in fine.

**S**iquis post confessionem Catholicae fidei & haereticorum condemnationem, saluo manete pio intellectu, de nominibus, vel syllabis, vel dictionibus contendens, separat se à sancta Dei Ecclesia, tanquam non in rebus, sed in nominibus, & dictionibus posita nobis pietate, talis, utpote dissensionibus gaudens, rationem pro semetipso & pro deceptis & deceptis ab eo, reddet magno Deo & saluatore nostro Iesu Christo in die iudicij.

Haeretici pro deceptis rationem reddent in die iudicij.

IDEM IVST. IN L. FI. §. HIS ITA  
dispositis. C. de Episc. & cleric. &c.

**N**ulli Iudæo, Pagano vel haeretico licet habere seruos Christianos. Aduerte hic pulchram societatem (si dijs placet) Iudæorum, Paganorum & Haereticorum, quos leges passim æquiparare, & in eundem manipulum copulare solent, utpote indignos, quibus cum Christiana & orthodoxa fidei homines consuetudinem habeant, ne ipsorum fermento quisquam, velut pice quadam commaculetur, & callidissimis machinationibus seducatur.

Haereticis nõ licere vt habeant seruos Christianos.

LEO ET ANTHEMIVS IN L. NEMO IN  
foro. C. De Episcopali audient. &c.

Haeticus neque iudex neque aduocatus esse conceditur.

**H**aeticus prohibetur esse aduocatus in iudicio sub pœna proscriptionis & perpetui exilij. Neque possunt esse iudices siue defensores.

Qg 4 fores

fores ciuitatum : ita sanxit Anastasius Imp. in l. iubemus. C. eod. tit.

FRIDERICVS 2. IMP. IN CONST. STATUIMUS: C. de Episc. audient. &c.

Idem quoq; in huius Friderici Imperatoris constitutione de statutis & consuetudinibus, &c. vnde hoc authenticum extractum est, latius continetur.

**S**TATUIMUS hoc edicto in perpetuum valitum, vt potestates, consules, seu rectores quibuscunque fungantur officijs, pro defensionis dei praestent publicè iuramentum quòd de rebus suae iurisdictioni subiectis, vniuersos hereticos ab Ecclesia denotatos, bona fide pro rebus suis exterminare studebunt, ita quòd modò quandocunque quis fuerit in potestatem, seu perpetuam, seu temporalem adscriptus, hoc teneatur capitulum firmare iuramento, alioqui neque pro rectoribus habeatur eorumq; sententias ex tunc irritas iudicari & inanes.

CONSTANTINVS, CONSTANTINVS

Constans Imp. in l. 1. C. de haeret. & Manich. &c.

**P**RIUILEGIA quae contemplatione religionis indulta sunt, Catholica tantum legis obsequatoribus prodesse oportet. Haereticos non solum ab his priuilegijs alienos esse volumus, sed aduersus muneribus constringi, & subijci.

Mulieros hereticas omnibus priuilegijs femineo sexui concessis priuari.

**I**USTINIAN. IMP. IN AVTH. ITEM PRIUILEGIUM C. de haeret. & Manich. &c.

**P**RIUILEGIUM dotis, quo mulier creditore tempore prioribus antepositur, nec notis tacitis hypothecis, & alia omnia mulieribus lege data clauduntur his, quae Catholicae participant communionem.

FRIDERICVS

FRIDERICVS I. IMP. IN CONST.

auth. credentes. C. de haeret. & Manich. &c.

Receptatores, defensores & fautores haereticorum damnamus, firmiter statuentes, vt postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit intra annum, ex tunc ipso iure sit infamis, nec ad publica officia, seu consilia, vel ad eligendum aliquos adhibeatur, neque ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus praeterea ei super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causa aliqua ad eius audientiam perferantur. Si vero fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta per ipsum confecta, nullius penitus momenti censeantur.

Hereticus per annum in excommunicatione permanens sit infamis, & ad nulla pub. officia admittitur, &c.

IDEM FRIDERICVS IMP. IN AVTH.

si vero Dominus. C. eod. tit.

SI Dominus temporalis requisitus & admonitus ab Ecclesia terram suam purgare neglexerit ab haeretica prauitate, post annum a tempore monitionis elapsam, terram ipsius exponimus Catholicis occupandam: qui iam exterminatis haereticis absq; vlla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruent.

Dominus temporalis intra annum non purgans territorium suam ab haereticis, dominium amittit, terraq; eius publicatur.

THEODOS. ET VALENTIN. IMP. IN

l. Ariani, C. de haeret. & Manich.

Omnes

Haereticos ultimo supplicio puniri debere.

Haereticos etiam elemētis ipsis facere iniuriam.

Haereticorum poena varia.

Cōtra poenas haereticorum nulla impetratio valet.

**O**Mnes haeretici, & qui ad imam vici-  
rum nequitia peruenierunt Manichaeorum  
quam in Romanum locum conueniendi  
randiq; habeant facultatem: sed de ciuitate  
pellantur, & ultimo supplicio tradantur:  
nam his nihil reliquendum loci est, in qua  
suis etiam elementis fiat iniuria. Cunctis  
legibus, quae contra eos ceterosque, qui in  
fidei refragantur, olim diuersisq; temporibus  
latae sunt, semper viridi obseruantia valent  
sive de donationibus in haereticorum consuetu-  
dine (quae ipsi audacter Ecclesias numero-  
sanantur) factis, sive ex ultima voluntate  
bus qualitercunq; relictis, sive de priuilegiis  
ficiis, in quae Domino permittente vel con-  
uente conuenerint, venerandae nobis Catho-  
licae Ecclesiae vindicandis, sive de procuratoribus  
qui hoc nesciente Domino fecerit, detra-  
brarum auri multa, vel exilium, si sit in  
subituro: metallum vero post verbera, si in  
lis conditionis sit, ita ut nec in publicum  
uenire locum, nec aedificare sibi quas Ec-  
lesias, nec ad circumscriptionem legum  
quam meditari valeant, omni civili & mili-  
tari, curiarum etiam, & defensorum, & iudicum  
sub viginti librarum auri interminatione  
hibendi auxilio, illis etiam omnibus in futu-  
rentibus firmitate, quae de militia poenitentibus  
riis, de quibus diuersis sunt haereticis promulgatae,  
nec speciale quidem beneficium aduentum  
ges valeat impetratum.

VALENTIN. ET MARTIAN. IN L.  
quicumque, C. eod. tit.

Vicunq; Eutichetis profanam peruersita-  
tem sequuntur &c. sciant se esse hare-  
ticos Apollinaristas, Apollinaris enim facino-  
rosissimam sectam Eutiches & Dioscorus mé-  
re sacrilega sunt secuti. Ideoq; hi homines, qui  
Apollinaris vel Eutichetis peruersitatem se-  
quuntur, illis pœnis quæ diuorum retrò Prin-  
cipum constitutionibus cōtra Apollinaristas,  
vel serenitatis nostræ postmodum sanctiones  
contra Eutychianistas, vel hac ipsa augustissi-  
ma lege contra eosdem decretae sunt, nouerint  
se esse plectendos. Idcirco Apollinaristas, hoc  
est, Eutychianistas (quibus etsi est in appella-  
tione diuersitas, tamen est in hæresis prauitate  
coniunctio, et dispar quidem nomen (sed idem  
sacrilegium) siue in hac alma vrbe, diuersisque  
Prouinciis, siue in Alexandrina ciuitate, siue  
intra Ægyptiacam diœcesim sunt, & neq; ita  
credunt vt prædicti venerabiles Patres crede-  
bant, &c. Episcopos et presbyteros aliôsue cle-  
ricos creare & habere prohibemus: scientibus  
tam Eutychianistis & Apollinaristis, qui ausi  
suerint cuiquam Episcopi, vel presbyteri, vel  
clerici nomen imponere, quàm his qui passi  
suerint impositum sibi nomen sacerdotale re-  
tinere: pœnam exilij cum facultatum suarum  
amissione se subituros. Vniuersi præterea A-  
pollinaristæ, vel Eutychianistæ non Ecclesias,  
non monasteria sibi cōstruant: parasynaxes &  
conuen-

Heretici licet  
diuersi, in sce-  
lere tamen  
sunt idem.

Hereticos nec  
Ecclesias nec  
monasteria q̄  
dificare liceat.

conuenticula, tam diurna quam nocturna  
 contrahant: neq; ad domum, vel possessionem  
 cuiusquam, neq; ad monasterium, vel quocunq;  
 cunq; alterum locum operaturi, sectae suae  
 simae cōgregentur. Quod si fecerint, & hoc  
 actum fuisse Domino volente constiterit,  
 rem in examine iudicis approbatam, de  
 vel possessionem eius, in qua conuenienter  
 monasteriū, eius ciuitatis orthodoxae  
 in cuius territorio est, iubemus addici. Si  
 ignorante domino, sciente verò eo, qui possidet  
 nes domus exigit, vel actore vel cōducitore  
 dij parasynaxes & cōuenticula interdum  
 legerint, conductor vel procurator, si fuerit  
 vel quicumq; eos in domū, vel possessionem  
 monasterium receperint, ac passi fuerint  
 tas parasynaxes cōuentusq; celebrari, iube  
 a biectae sint conditionis, fustibus publicis  
 poenā suam, & in aliorum coëreantur  
 plum. Si honestae verò sint personae, decem  
 auri multae nomine fisco nostro cogantur  
 re. Nullum præterea Apollinaristam, vel  
 chianistam ad aliquam iubemus aspirare  
 litiam. Et si inuenti fuerint: militari cingulo  
 luti, honestorū hominum & palatij cōmuni  
 ne priuentur: nec in aliqua, nec in qua nati  
 ciuitate vel vico, aut regione versentur. Si  
 verò in hac alma vrbe nati sunt, tam sacrosan  
 mo comitatu, quam omni per prouinciam  
 tropolitana ciuitate pellantur. Nulli in  
 Eutychanistae, vel Apollinaristae publice vel  
 priuati

Haeretici qui  
 et quando fu-  
 stigandi.

Haeretici de-  
 bent honesto-  
 rum hominū,  
 & principalis  
 palatij, siue  
 aulae consue-  
 tudine pri-  
 uari.

uatim conuocandi catus, vel circulos con-  
 ueniendi, & de errore haeretico disputandi, ac  
 ueritatem facinorosi dogmatis adserendi,  
 uatur facultas. Nulli contra venerabilem  
 Chalcedonensem synodum liceat aliquid vel  
 are, vel scribere, vel edere, atq; emittere, aut  
 orum dicta vel scripta super eadem re pro-  
 are. Nemo huiusmodi habere libros, & sacri-  
 ega scriptorum audeat monumenta seruare.  
 Quod si qui in his criminibus fuerint depra-  
 uentis, perpetua deportatione damnentur. Eos  
 uero, qui discendi studio adierint, de infausta  
 aerei disputates, decem libraru auri, quae fisco  
 nostro inferenda sunt, iubemus subire dispen-  
 dum. Ultimo etiam supplicio coeceaatur, qui  
 licita docere tentauerint. Omnes uero huius-  
 modi chartae ac libri, qui funestum Eutychetis  
 scilicet, et Apollinarij complexi fuerint dogma,  
 incendio concrementur, ut facinorosa peruer-  
 sitatis vestigia flammis combusta depereant.  
 Equum namq; est, ut immanissima sacrilegia  
 ar poene magnitudo percellat: scientibus mo-  
 eratoribus prouinciarum, eorumque appari-  
 tibus, defensoribus etiam ciuitatum, quod  
 ea quae legis huius religiosissima sanctione  
 cultodienda decernimus, aut neglexerint, aut  
 aliqua permiserint temeritate violari: dena-  
 rum librarum auri multam fisco nostro infer-  
 cogantur: insuper etiam existimationis suae  
 riculum sustinebunt.

Haeeticorum  
 libri prohibi-  
 ti sunt, et exu-  
 ri debent.

Haeetici vl-  
 timo suppli-  
 cio plectedi.

ANASTASIVS IMP. IN L. CO-  
 gnouimus, C. dicto tit.  
 Cogno-

Liberos dun-  
taxat ortho-  
doxos vindi-  
care sibi ius  
succedendi in  
bonis parētū:  
& ali debere  
à parentibus  
etiam nō or-  
thodoxis: tū  
etiam dotes  
et donationes  
propter nu-  
ptias petere  
posse.

Haereticorum  
bona cessante  
successione  
Catholica fi-  
sco vindican-  
tur.

Cognouimus multos esse orthodoxos  
ros, quibus nec pater nec mater orthodoxi  
sunt religionis. Et ideo sancimus, ut non  
in casu, vbi alter non orthodoxa religio  
sed etiam in his casibus in quibus vterque  
alienae sectae sit, id est, pater & mater hi tam  
modo liberi ad eorum successionem sine tes-  
tamento, siue ab intestato vocentur, & dona-  
tiones, seu alia liberalitates his accedant  
sint, qui orthodoxorum venerabili sunt  
ne decorati, ceteris liberis eorum, qui non  
omnipotentis amorem, sed paternam, vel  
ternam impiam affectionem secuti sunt, ab  
beneficio repellendis. Liberis autem ortho-  
doxis non existentibus, ad agnationem, vel cognationem  
eorum (orthodoxos tamen) vel ad  
vel successiones peruenire. Quod si nec ag-  
tio vel cognatio recta inueniatur, tunc  
res fisci nostri iuribus vindicari. Sed ne  
mur morientibus quidem genitoribus, pro  
prouidere, viuentibus autem nullam  
prouidentiam (quod etiam ex facto  
gnitum est) necessitatem imponimus  
genitoribus orthodoxos liberos, secundum  
patrimonij, alere, & omnia eis praestare  
quotidiana vitae conuersationem sufficientem  
& dotes pro filiabus & neptibus dare. Et  
nuptias donationes pro filiis & nepotibus  
scribere, in omni casu secundum vires patrimonij,  
huiusmodi liberalitatibus estimandis  
propter diuini amoris electionem parentum  
materna sint liberi prouisione defraudandi.

...videlicet quæ nostræ constitutionis de  
...Paganorum, & Manichæorum, & Bor-  
...itarum, & Samaritarum, et Montanistarū,  
...Tascodrogitarū, & Ophitarum, cæterorūq;  
...hareticorum iam constituerunt, ex hac nostrā  
...lege confirmandis, et in perpetuum valituris.

IVSTIN. IMP. IN L. XII. C. EOD.

**D**ICIT hæreticum esse, qui non est ortho-  
...xus. Item cū parentes dissentiunt & liti-  
...ant, potior sit is qui liberos ad orthodoxam  
...idem perducere vult.

FRIDERIC. II. IMP. IN AVTH. GA-  
...zatos. C. de hæret. & Manich.

**G**Azaros, Patarenos, Leonistas, Speronistas,  
...Arnoldistas, Circumcisos, & omnes hære-  
...ticos vtriusque sexus, quocunq; nomine cen-  
...sentur. perpetua damnamus infamia, diffida-  
...mus atq; bannimus: censentes vt omnia bona  
...talia confiscentur, nec ad eos vterius reuer-  
...tantur: ita quod filij eorum ad successionem  
...eorum peruenire non possint: cū longè gra-  
...uitus sit æternam quàm temporalem offendere  
...maiestatem. Qui autem inuenti fuerint sola  
...suspiciōne notabiles: nisi ad mādaturam Eccle-  
...sæ iuxta considerationem suspiciōnis, quali-  
...tatemq; persona, propriam innocentiam con-  
...grua purgatione monstrauerint, tanquam in-  
...tames & banniti ab omnibus habeantur, ita  
...quod si sic per annum permanserint, ex tunc  
...omnes tanquam hæreticos condemnamus.

Fiscum loco  
...filiorum hæ-  
...reticorum in  
...hereditatibus  
...succedere.

Hæretici per-  
...petua dam-  
...nantur infam-  
...ia.

Hæreticum  
...etiā ex suspi-  
...cione, nisi se  
...purgauerit,  
...condemnari  
...posse.

IVST. IN L. QVONIAM. C. EOD.

Sancimus

Haereticos vel  
Iudaeos non  
posse testimo-  
niū ferre con-  
tra Christia-  
nū orthodo-  
xum.

Omnia haereticorum si-  
milis reatus.

Haereticos ne-  
que ex milita-  
ri testamento  
capere.

**S**ancimus contra orthodoxos quidem haereticos  
gantes nemini haeretico, vel his etiam qui  
daicam superstitionem colunt, esse in testi-  
monia communionem, siue utraq; pars ortho-  
xa sit, siue altera. Inter se autem haereticos  
Iudaeis, ubi litigandum existimauerint, con-  
dimus foedus permixtum, & dignos litigatio-  
bus etiam testes introducere, exceptis scilicet  
his, quos vel Manichaeus furor, cuius pars  
& Borboritas esse manifestum est, vel Paganis  
superstitio derinet: Samaritis nihilominus  
qui illis non absimiles sunt, Motanitis, & Ta-  
codrogitis & Ophitis, quibus pro reatu-  
litudine omnis legitimus actus interdictus  
Sed his quidem, id est, Manichaeis, Borboritis  
& Paganis, nec non Samaritis et Motanitis  
& Tascodrogitis, et Ophitis omne testimonium  
sicut & alias legitimas conuersationes, in-  
terdictum. Aliis vero haereticis tantum  
modo iudicialia testimonia contra ortho-  
xos, secundum quod constitutum est, volumus  
esse inhibita. Ceterum testamentaria testi-  
monia eorum, et quae in ultimis eorum, vel in  
testamentis consistunt, propter utilitatem mili-  
tarij usus eis sine ulla distinctione permittimus  
ne probationum facultas angustetur.

**I**DEM IMP. IN L. DIVIN. C. EOD.  
**D**iuinam nostram sanctionem, per quam  
sancimus neminem errore confectum haereticum  
hereditatem vel legatum vel fidei commissum  
capere, etiam in ultimis militum voluntariis  
locum habere praecipimus, siue communi iure, siue  
militari testentur.

IDEM IN L. XVI. C. EOD. ALIAS  
in lib. prætermisfor. C.

Aliter cōiugum orthodoxus sit; alter hæreticus, liberos eorum orthodoxos fieri oportet.

Liberi sequuntur religionem parentis orthodoxi. Hæc lex cum nonnullis sequentibus habetur etiã Nomenclator tit. 12. ca. 2. 3. & 13.

IDEM IN L. XVII. C. EOD. TIT.  
& in prætermis. Cod. vt & sequentes huius tituli, II.

Hæretici ne doceant, neque ordinationes faciant.

Hæretici & ordines conferre prohibentur. Hic intellige supplicationes scilicet publicas: hoc est, ne celebrent Litanias. Et sic hæretici actum ecclesiasticum exercere nequeunt. Poena hæreticis.

IDEM IN L. XVIII. C. EOD.

Hæretici supplicationes ne faciant, poenam centum librarum officio præfati prætorio, si quippam tale factum fuerit, imminente: poenam verò quinquaginta librarum officio præfatis, & quæ ab ipsis loca detinentur, ab Ecclesijs vindicentur.

IDEM IN L. XIX. C. EOD.

Manichæi & Donatistæ orthodoxorum privilegia ne habeant, quinimò supremo afficiantur supplicio, bona eorum publicentur, testamentum non faciant, nullo modo contrahant, liberos heredes non habeant, si orthodoxi non sint, post mortem accusentur, ipsorum testamenta irrita sint.

IDEM IN L. XX. C. EOD.

Hæretici de ciuitatibus pellantur, & quæ ecclesijs eorum (quæ quidem Ecclesiæ ab illis impudenter vocantur) relicta à Catholica Ecclesia vindicentur.

IDEM IN L. XXI. C. EOD.

Ri Aedes

Domus in  
qua habitant  
haeretici Ec-  
clesiae appli-  
cantur.

Haeretici an-  
tiqui probio-  
res recentio-  
ribus,

Haeretici viles  
& abiecti,

Liberi catho-  
lici soli succe-  
dere debent  
parentibus siue  
orthodoxis  
siue haereti-  
cis,

**A**edes in quibus haeretici consensu Domini congregantur, ecclesijs applicentur.

IDEM IN L. XXII. C. EOD.

**H**aeretici non construant Monasteria, neque militent. Ibi habetur etiam, quomodo qui aduersus sacrosancta concilia scripta aut talia scripta habent, puniantur. Ex illius constitutione apparet quomodo veterum haeretici in suo genere (nam omnium pars) atque sacrilegium est. I. quicumque C. de haereticis nostris fuere probiores, ut etiam vitam monasticam coluerint, & monasteria extruxerint, etiam contra catholicorum sententiam, in nostratibus haereticis non prohibendum, quod enim abest, quod monasteria ut ea ubique possunt deprenduntur, & demolisantur.

IDEM IN L. XXIII. C. EOD.

**L**egitimis haeretici traduntur sepulturi. Manichaeus in loco Romano deprehensus decollator. Item haeretici haereticorum non consequantur. Non fiant aduocatus causarum Patroni, aut defensores, aut tutum patres, sed viles & abiecti fiant.

IDEM IN L. XXIII. C. EOD.

**S**i parentes diuersae fidei atque religionis eius voluntas atque desiderium in successore praevalet, qui inter filios orthodoxorum demum suscipit, tamen si pater sit qui contra neque, verò is filius idcirco succensus, necesse ipsos alimonia, alijsue sumptibus necessarios priuato, sed neque vllam aliam irae causam in praeterea

extens, data dote propter nuptias dona-  
tione eos priuet. Orthodoxis praeterea personis  
liberos coniungito & contenditibus inter se  
parentibus, is praualeat, qui liberos ad ortho-  
doxam fidem adducere vult. Item liberi or-  
thodoxi, si quid in parentes haereticos peccent  
& delinquant, puniantur.

ITEM IN L. XXV. C. EOD.  
Haereticis non baptizent, neq; per se vel in-  
terpositas personas regiones curent, aut  
administrent, neque doceant.

ITEM IN L. XXVI. C. EOD.  
Haereticis neque haeredes fiant.

ITEM IN L. XXVII. C. EOD.  
Haereticis neque intra sacra septa negocien-  
tur.

ITEM IN L. XXVIII.  
Haereticis contra orthodoxos testimonium  
dicant &c. Quemadmodum supra in l.  
quoniam. eod. tit.

THEODOS VALENTIAN. ET ARCA-  
dus Imp. in l. Hi qui sanctam. C. de apostat.

Qui sanctam fidem prodiderunt, & sanctum  
baptisma haeretica superstitione profa-  
narunt, a consortio omnium segregati sint, a  
testimonijs alieni. testamēti (vt ante iam sanxi-  
mus) non habeant factionē, nulli in haeredita-  
te succedat; a nemine scribatur haeredes. Quos  
etiam praecipemus procul abijci, ac longius  
mandari, nisi pax visum fuisset maioris, ver-  
bi inter homines et hominū carere suffragijs.  
sed nec vnquā in statum pristinū reuertantur,

Liberi ortho-  
doxi in parē-  
tes, licet here-  
ticos, peccan-  
tes, puniun-  
tur.

Haereticis  
baptizare nō  
licet.

Haereticis ad  
haereditari.  
excluduntur.  
Haereticis in-  
ter Catholi-  
cos negociari  
prohibetur.  
Haereticis ad-  
uersus Catho-  
licum non  
posunt ferre  
testimoniū.

Catholica fi-  
dei deserto-  
res perdunt  
omnia, qua  
iure com-  
muni Chri-  
stianis con-  
cessa sunt.

Quae maxi-  
ma sit Poena,

Ri 2, nec

nec flagitium horum obliterabitur penitenti-  
 tia, neque umbra aliqua exquisitę defensionis  
 aut muniminis obducetur: quoniam quidam  
 eos, qui fidem, quam Deo dedicauerant, pro-  
 luerunt, & prodentes diuinum mysterium  
 profana migrauerunt: tueri ea quę sunt car-  
 menticia, & concinnata non possunt. Leo  
 etenim & errantibus subuenitur, perditis  
 rō, hoc est, sanctum baptisma prophandis  
 nullo remedio penitentię (quę solet alijs  
 minibus adesse) succurritur.

IUSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE PEN-  
 uilegijs doctis hæreticis mulieribus non pre-  
 standis. Collat. 8.

IMPERATOR IUSTINIANVS A-  
 gust. Ioanni gloriosissimo Orientalium pro-  
 toriorum Praefecto, iterum, ex-  
 consuli ordinario patri-  
 cio.

**V** Nam nobis esse in omni nostra religio-  
 ce, et imperij vita, in Deo spem credimus  
 scientes quia hæc nobis & animę & imperij  
 dat salutem. Vnde & legilationes nostras  
 de pendere compedit, & in eam respicere  
 hoc eis principium esse & medium & termi-  
 num. Sicut igitur vniuersi, qui ante nos im-  
 rantes, & maximè Leo pię memorię nobis  
 pater in suis constitutionibus, hæreticis omni-  
 bus interdixerunt, vt neque vlla ipsi partici-  
 pant.

entur militia, neque quodlibet in publicis curiis participium haberet, vti ne occasione militum & publicorum collegiorum facta Dei catholica, & apostolica Ecclesiae membra viderentur vultare: ita & nos ipsi hoc egimus nostris constitutionibus hoc roborantes. Hæreticos vero & illi dixerunt, & nos dicimus eos, qui dispersarum sunt hæresum: quibus coniungimus & connumeramus & qui Nestorij Iudaicam sequuntur vesaniam, & Eutychianistas, & Acephalos, qui Dioscori & Seueri mala secta languent, & Manichæi & Apollinaris renouantium impietatem: & ad hoc omnes qui non sunt membrum sanctæ Dei catholice & apostolicæ Ecclesiae, in qua omnes concorditer sanctissimi Episcopi, & totius orbis terrarum Patriarchæ, & Hesperiae & Romæ, & huius regis ciuitatis, & Alexandria, & Theopoleos, & Hierosolymorum, & omnes qui sub eis constituti sunt sanctissimi Episcopi, apostolicam prædicant fidem atque traditionem. Igitur sacram communionem in Ecclesia non percipientes à Deo amabilibus sacerdotibus, hæreticos iuste vocamus. Nam licet nomen Christianorum sibi imposituerint, veruntamen à Christianorum se fidei & communionis separant, Dei iudicio semetipsos subdignoscentes. Quæ igitur de hæreticis prolata sunt lege, omnibus sunt manifesta. Nos autem volentes orthodoxam amplectentes fidem, & eam defendentes, habere aliquod amplius

Rt 3 pri-

Hæreticos non  
admitti debe-  
re ad digni-  
tates, vel ho-  
nesta officia.

Qui dicantur  
hæretici.

privilegium, ijs qui alienant semetipfos à  
 ouili ( quoniam neq; iustum est aequalibus  
 orthodoxis hæreticos dignos fieri privilegia  
 propterea & nunc ad præsentem respeximus  
 legem. Quia enim dedimus privilegium ma-  
 lieribus dotium, ut etiam prioribus crediti-  
 bus præponantur, & meliorem ordinem  
 habere, & nec à tempore superatas in dona-  
 bus autem propter nuptias secundum tem-  
 ra, per qua fiunt, hypothecas habere. Omnia  
 in præfenti facimus manifestum per hære-  
 cram nostram legem, quia & hoc privilegium  
 & tacitas hypothecas, & omnia alia, quæ  
 lieribus omnibus in diuersis privilegijs  
 stris legibus data sunt, illis damus solis  
 nus his fruantur & utantur, quæ diligenter  
 habent rectam, & adorandam nostram  
 tenere ( catholica dicimus & Apostolica Ec-  
 clesie ) & participare in eius salutari com-  
 munionem. Quæ enim separant se à sancta  
 Catholica & Apostolica Ecclesia, & se  
 sanctam in ea communionem percipiunt  
 patiuntur à Deo amabilibus sacerdotibus  
 lumus omnino talibus frui privilegijs. Si  
 se separant à Dei muneribus, & à sacra  
 munionem alienas faciunt: multò potius  
 non eas dignas fieri privilegijs, neque  
 stris legibus frui permittimus continentibus  
 sint eis inaccessibilia omnino ex legibus  
 neficia, & omni privilegio ex nostris con-  
 tutionibus eis dato priuabuntur. Licet

Mulierem  
 hæreticam non  
 habere privi-  
 legium præ-  
 lationis dotis  
 & creditorum  
 mariti &c.

in eis melioris sententia factus, & rectam ve-  
ramque amplectentibus fidem, & hac semper  
contentas, stabilibus perfrui muneribus & pri-  
uilegijs. His omni ditione valentibus, atque  
seruandis: principaliter quidem à Deo ama-  
bilibus Episcopis & Sacerdotibus, deinde à  
potioribus administratoribus & iudicibus: siue  
sint maiores, siue minores &c, Vnde compe-  
tens est, & iudices apud quos aliquę mouebun-  
tur contra mulieres causę, aut à mulieribus  
quædam priuilegia sibi vindicare volentibus,  
respicere ad præsentis nostrę legis subtilita-  
tem: & si non inuenerint eas orthodoxę fidei  
existentes, & percipientes sacrosanctam & a-  
dorablem communionem in sanctissima  
Catholica Ecclesia & Apostolica à veneran-  
dissimis eius sacerdotibus: non permittere  
sui ex nostris constitutionibus priuilegijs.  
Quę igitur placuerunt nobis, & per hanc sa-  
ctam declarata sunt legem tuę celsitudo co-  
gnoscens, causis apud eam motis seruare, & o-  
perari effectuique tradere curet, & per solemnia  
edicta & præcepta propria omnibus faciat ma-  
nifesta, & in hac felicissima ciuitate, & in pro-  
uincijs, vt cognoscant omnes quanta, & quę  
nobis cura est verę circa dominum Christum  
verum Deum fidei, & nostrorum subiecto-  
rum salutis.

Communio  
adorabilis &  
sacrosancta.

IDEM INST. IN AVTH. DE ECCLE-  
siast. tit. & priuileg. &c. §. Iubemus autem.

Rr 4 Iube-

**Hæreticos  
Ecclesiasticis  
bonis vti frui  
non posse.**

**Pœna conce-  
denti bona  
Ecclesiastica  
hæreticis.**

**Hæreticorū  
de lubrica Im-  
perator vocat  
speluncas in-  
credulitatis:  
nam ecclesia  
appellari mi-  
nime possunt.**

**Hæreticis  
non licere æ-  
dificare suā  
perfidia de  
lubrica: nec lu-  
dæis Syna-  
gogas.**

**I**ubemus autem nullum hæreticorum nec  
per conductionem, neque per Emphiteu-  
sim, neque per emptionem, aut alio quolibet  
modo res immobiles accipere à qualibet  
sancta Ecclesia, aut alio venerabili loco. Si  
verò hæreticus pro tali causa prabu-  
erit: Huiusmodi verò res venerabili loco  
etiam datae sunt, vindicentur. Reſtorator  
domus, qui ipsas res dedit hæretico, omni  
gubernatione remoueat, & in monasterio  
concludatur, & vno anno à sancta communione  
segregetur: cū hæreticis prodiderit Christianitatem.  
Si autem orthodoxus possessionem habens  
qua est & sancta Ecclesia, alienauerit, aut  
conducat, aut per Emphiteusim, aut per  
conductionem, aut quamlibet gubernationem  
hanc dederit Iudæo, Samaritano aut Armeno  
aut alij hæretico, sancta Ecclesia cuiusdem  
cui huiusmodi vindicet proprietatem aliena-  
tionis. Si quis autem hæreticorum (quos  
etiam connumeramus Nestorianos, & Apoly-  
phalos, & Eutychnianistas) præsumpserit  
speluncam suam incredulitatis ædificare, aut  
nouam Synagogam cōstituere: locorum  
sanctæ Ecclesie ædificia suæ proprietati defendat.  
Si verò quis per Emphiteusim, aut conductionem,  
aut etiam per quamcunque aliam gubernationem  
dederit possessionem huiusmodi personæ:  
si quidem sciebat dominos possessionis eius,  
quia hæretico hanc commisit: omnis  
reditus illius temporis, quod in cōtraſtu transiit  
Eccle-

Haereticos ecclesiastica pradia nec per alios posse accipere in emphiteusi: & per consequens neque in feudum.

ecclesie ciuitatis, sub qua possessio constituta vindicari. Si vero ignorabat Dominus possessionis, quia haereticus erat cui commissa est, ipsum quidem dominum propter ignorantiam indemnem seruari: haereticum vero in utroque casu expelli de possessionibus, & eius substantiam applicari fisco.

DEM IN AVTH. DE ECCLES. CONFIT. in Africa. Collat. X.

Haereticus non baptizato, ad rempublicam non accedito, catechumenum non circumcidito. Nulla omnino haeresis domum aut locum orationis habeto.

IUSTINIAN IMP. IN AVTH. DE SAMARITAN. Collat. X.

VT impiam Samaritanorum haeresim, & omni ratione carentem horum vesaniam ad meliorem frugem perduceremus, neque non ipsorum animas, quo detinentur morbo, liberarem: sapen numero tam pientissimus Princeps Pater noster, quam etiam nos ipsi studio habuimus. Sed in plerisque horum non potuimus id, in quod longo studio incubuimus, effectui tradere. Euaferunt enim in tantam nonnulli eorum vesaniam, ut vel salutari baptismo dignati, denuo ad id mali, unde discesserant, redierint, & eadem cum Samaritanis habere in precio, eodem cum ipsis agitari furere dignantur. Praclarum igitur nobis visum est, ve-

Samaritani haeretici.

Rr 5 terera

terem illam & prius contra ipsos propo-  
 patris nostri legem renouare. Ac prope-  
 sancimus, vt ipsi neque ex testamenti tabu-  
 neque absque ijs hæredes fiant, legataue-  
 cipiant, aut donationis titulo rem aliquam  
 ciscantur. Sed neque Samaritani, aut in  
 uersum hæretici, qui uè rectam se Christi-  
 fidem amplecti simulant, cum re uera  
 ita sentiant, neque huic consentanea facia-  
 ad hæreditatem ab intestato vocati, successio-  
 nem habeant. Item neque testamenta  
 scribant, neque legata relinquunt, aut dona-  
 nisi, qui ea percepturi sunt, & rectè de fidei-  
 tiant, & fideles sint operibus. Nam si  
 horum sit, iubemus, vt post ipsorum mortem  
 horum bona ad sacratissimum perueni-  
 ararium. Vnde & sacra illa forma per  
 dūlgentiam ipsis à patre nostro concessa,  
 legis vicem obtinens, largitur ipsis, vt hæ-  
 ditatem pariter adire & transmittere, ite-  
 gatis honorari, & legata relinquere possint  
 in posterum vacabit, neque prorsus vilitate  
 mitatem habebit. Nam si huius se cetero-  
 tia indignos esse perhibuerint, qui Sana-  
 tanorum agitantur uesania: neminem a  
 quam se ipsos accusabunt, cum à benigno  
 te Dei, & seruatoris nostri Iesu Christi ab-  
 sint. Liberalitates ab imperatoria olim  
 iestate ipsis concessas amittunt, in hoc  
 meliorem mentem redeant, non vt perpetuo  
 in peruersa hac opinione sua permaneant.

Hereticos  
 simulare fi-  
 dem Chri-  
 stiani.

Heretici in-  
 testabiles.

Hereticorū  
 bona Fiscalia.

incipimus autem à præfente lege rusticos, qui Samaritanorum opinionibus honorem habent: idque non ipsorum gratia, sed propter constitutionem prædiorum quæ ab ipsis coluntur, propterq; reditus & tributa, quæ exinde inferuntur publico, vt qui rusticitate sedentur. His etenim permittimus, vt tam ascendentes, quam descendentes, & ex transuerso cognatos suos hæredes legatariosuè scribant, tametsi Samaritanorum errore detineantur: Vt tamen fundos rectè colant, quo magis & vberior exinde prouentus ad prædiorum Dominos deferatur, & per ipsos ad fiscum &c.

Præterea Samaritanum omninò neque militiam capessere concedimus, neque ad civilem administrationem accedere, neque postulare in iudicio, neque postremò in consortium disertissimorum assumi rhetorum, neq; adolescentes instituire. Sed & si qui ex ijs salutari dignati baptismo, ad pristinum denuò errorem reuersi, obseruare sabbatha, aut etiam alia quadam agere videantur, quæ coarquant per simulationem ipsos sanctam baptismi assumpsisse: eos proscribi iubemus & in perpetuum tradi exilium. Iisdem quoque peccatis eos subdimus, qui contra rectam Christianorum fidè impium istis patrocinium præstiterint. Perpulchrum verò nobis videtur, vt ad contaminatum accurrentes baptismi, non temerè suscipiantur, sed cum quadam obseruatione & instructione, quæ imitationis

**tempore**

Cum rusticis hæreticis mitius agi, vt potè qui simplicitate quadam seducti sint.

Hæreticos ad honores non admitti.

Quomodo ad baptismi fit veniendū.

Quanto tempore instrui debeant Cathumeni.

tempore fieri solet. Dicimus autem, ut omnino sensu aliquo bonæ doctrinæ possunt, per duos primum annos in fide instruuntur, & pro viribus scripturas ediscunt; tuncq; demum sacro redemptionis offeruntur baptismati, tam longi temporis potius prorsus redemptionis fructum assecuti. Perros autem admodum, qui per ætatem doctrinam intelligere nequeunt, etiam absq; huiusmodi seruatione sacro dignari baptismate admittimus. Porro nullus Samaritanus Christianum habebit mancipium, sed simul acceptum fuerit, protinus in libertatem restituetur. Quod si æquè peruersa opinione mancipium ut ipse dominus fuerit, licitum ei esto, Christianorum de fide sententia exosculetur, & Romana ipsum libertate potiri.

IDEM IVSTINIAN. IN CONST. II.  
de Iud. & Samarit. & hæretic. curialib.  
apud Julian. &c.

Neque Iudæus, neque Samarita, neque quis hæreticus curiæ muneribus excipitur propter hoc solum quod Catholicæ fidei est. Sed & munera curialia subeant, & honore curiali potiantur. Nam curiales habent quædam priuilegia, veluti, ut tormentum non subiiciantur, ut non ab alia in aliam provinciam retrahantur. Et in summa, qui Catholicam fidem sentit, munera quidem curialia subeat: honorem autem, vel priuilegium nullum habeat.

Hæretici onerentur muneribus: sed non gaudeant honoribus vel priuilegijs.

Si hæreticus contra hæreticum litiget, liceat  
 cuius eorum hæreticum testem adducere. Sin  
 autem orthodoxus contra hæreticum litiget,  
 pro orthodoxo quidem etiam hæretici testi-  
 monium valeat: contra orthodoxum autem  
 solum orthodoxi testimonium nullus hæreti-  
 co pateat aditus. Interdum autem etiam ad-  
 uersus orthodoxum hæretici testimonium  
 probabile est: quod contingit, si orthodoxus  
 in curialem conditionem trahatur, tunc enim  
 hæreticus aduersus eum rectè testis producitur,  
 ut dicat se scire eum curialem esse, vel curiale  
 patre genitum.

Hæreticorū  
 testimonia  
 quomodo, &  
 quando ad-  
 mittantur.

IDEM IN TIT. DE HAERET. QVAE  
 est const. CII. apud eundem Iulian.

N ullus hæreticus militet, vel curas publicas  
 gerat. Hæreticos autem dicimus & Nesto-  
 rianos, et Eutichanistas et Acephalos, qui Dio-  
 scori & Seueri superstitionem secuti sunt, à qui-  
 bus Manichæi & Apollinarij sacrilegia reno-  
 uata sunt, & omnino eos, qui non communi-  
 cant in ecclesia, hæreticos vocamus, quamuis  
 nomen Christianorum vsurpant, ut tamen or-  
 thodoxi plus quàm hæretici iuris habeant.

Hæretici qui  
 sint.

Sciendum est mulieribus hæreticis priuile-  
 gia in dotibus, vel propter nuptias donationi-  
 bus, hypothecarumq; tacita dedimus, denega-  
 re, & omnes huiusmodi prærogatiuas. Sin au-  
 tem penitentiam egerint, & in ea persevera-  
 uerint, non ex careant beneficijs nostris. Ea q;  
 obser-

Hæreticæ  
 mulieres pri-  
 uilegijs suis  
 priuantur.

obseruare procurent non solum religiosi  
Episcopi, sed etiam magistratus & iudices  
omnes, siue maiores siue minores.

IBIDEM IN CONST. CVII. §. NEQ.  
pater, ver. Item si parens.

Hæreticos li-  
beros ex hæ-  
redari.

Hæresis in fi-  
lio parentis  
catholici ide  
operatur  
quod ingra-  
tudo.

Orthodoxi  
qui dicatur.  
Hæretici qui  
sint.

De catholi-  
corum & he-  
reticorum in-  
ter se succes-  
sione.

**S**I parens liberos suos, vel vnum ex his  
catholicum habeat, ipse verò orthodoxus  
stitutus, liceat ei eos vel eum in testamento  
exheredare: quoniam non minima hære-  
sa ingratitude est. Orthodoxos autem  
dicimus eos, qui communicant in Sacrosancta  
Ecclesia Catholica, in qua omnes patriarchæ  
vna conspiratione & concordia colliguntur  
& quatuor sancta concilia prædicantur, scilicet  
Nicaenum, & Constantinopolitanum, & Ephesum  
num primum, & Chalcedonense. Hæreticos  
autem dicimus eos, qui Catholicis non com-  
municant: quibus connumerari necesse est  
Nestorianos atque Acepholos. Sed plene  
hac parte loquamur, sciendum est non  
hæreticos parentes, si orthodoxos liberos  
habeant, alios quam ipsos hæredes instituisse:  
liberis non extantibus cognatos suos cat-  
olicos, scilicet hæredes instituant. Quod si  
liberis superstitis alij quidem orthodoxi  
alij autem hæretici appareant: omnem in-  
stantiam parentis ad orthodoxos peruenire  
volumus, vt fratres eorum hæretici, si in eodem  
errore perseverauerint vsque ad mortem, non  
omninò accipiant: sed mortuis eis sine per-  
sentia liceat orthodoxis partes eorum altere

Sin autem poenitentiam egerint, portiones  
 has capiant, sine fructibus tamen medij tem-  
 poris, & sine vlla de administratione rerum  
 molestia. Quod si omnes liberi haeretici fue-  
 rint, alij autem cognati defuncti orthodoxi  
 existant, ipsi liberis anteponantur in succes-  
 sione. Quod si & ipsi haeretici fuerint: si qui-  
 dem is qui defunctus est, habitum clericici ha-  
 beat, Ecclesiae ciuitatis, in qua domicilium ha-  
 buit, substantia eius deferatur: sic tamen, vt si  
 intra annum non vindicauerint Ecclesiastici,  
 huiusmodi personarum patrimonia ad fiscum  
 nostrum deuoluantur. Sin autem Laici fue-  
 rint: sine vlla discretionem res eorum fisci iuri-  
 bus vindicentur. Quod non solum, si testa-  
 mento scripto haeticus decesserit, locum ha-  
 bere sancimus, sed etiam si intestatus defun-  
 ctus sit, omnibus scilicet legibus valituris, qua  
 contra haeticos & Nestorianos atque Ace-  
 phalos, & omnes qui non communicant ca-  
 tholicae Ecclesiae, posita sunt.

Hanc eandem condemnationem parentum, filio-  
 rum, vel cognatorum haeticorum, iusto capite pro-  
 sequitur Constantinus Harmenopholus, Iudex The-  
 saronicensis, lib. 5. tit. 9. cap. De haeticis.

ITEM IV ST. IMP. IN CONST. CXVIII.  
 apud eund. Julianum Parich. §. fin.

Non liceat catholicae fidei Christianorum alic-  
 nis hominibus, veluti Paganis, vel Iudeis, vel  
 haeticis, possessiones habere emphiteuseos,  
 vel ecclesiarum vel sticis.

Haeretici ne  
 gaudeant in  
 Emphiteusi  
 vel condu-  
 ctis ecclesia-  
 rum vel sticis.

vel conductionis titulo, in quibus orthodoxae religionis ecclesiae ministeria celebrantur.

ITEM LIB. VI. TIT. XI. DE GEN-  
tilib. & haeret. apud Constantin. Har-  
menop. &c.

Haeretici in-  
testabiles.

**Q**ui orthodoxorum, fide deserta, haerese effecti sunt nec testari, nec domos nec ex testamento, nec ab intestato quaeque possunt capere.

THEODOSIUS ET VALENTIANUS

AA. in l. inter caeteras. De Iud. Samarit. heret. & Pagan. Tit. ij. in legib. nouell. Theodosij. &c. §. quid sensibus.

**Q**uid sensibus excacatus Iudaeos, Samaritanos, Paganos, & caetera haereticorum genera portentorum audere cognoscimus.

Quod si ad sanitatem mentis egregia legum edicta reuocare conemur, seueritatis cogitationes ipsi praestabunt, qui durae frontis obsequio piaculo locum veniae non relinquunt. Quae

Haeretici  
incurabi-  
les.

brevis cum sententia veteri desperatis mentibus nulla sit adhibenda curatio, tandem ne fides sectae in vitam, immemores nostri

vel ut indiscreta confusione licentius exoptentur, hac victura in omnem aeuum lege sancimus neminem Iudaeum, neminem Samaritanum

Haeticos  
ab honorum  
gradibus &  
officijs pelli  
debere.

neutra lege constantem, ad honores & dignitates accedere, nulli administrationem publicam, nec re ciuilibus obsequij, nec defensionis impetum saltem officio. Nefas quippe creditur

supernae maiestati, & Romanis legibus ini-  
 mici, vltioresq; etiam nostrarum legum surre-  
 ptivae iurisdictionis habeantur obtentu, & ac-  
 quisitae dignitatis & autoritate muniti, a ducum  
 Christianos, & ipsos plerumq; sacrae reli-  
 gionis antistites, velut insultantes fidei nostrae,  
 iudicandi, vel pronuntiandi quod velint, ha-  
 beant potestatem. Illud etiã pari consideratio-  
 ne rationis arcentes, ne qua synagoga in noua  
 fabricam surgat, fulciendi veteres permissa li-  
 centia, quae ruinam praesentaneam minitantur.  
 Praeterea praecipimus, vt quicumq; seruum seu  
 ingenuum inuitum, vel suasionem flectendo ex  
 cultu Christianae religionis in nefandam se-  
 ctam, ritumue traduxerit, cum dispendio fortu-  
 narum capite puniendũ. Vt quisquis igitur vel  
 infulas caperit, acquisitis dignitatibus non po-  
 niatur, vel synagogam extruxerit, compendio  
 Ecclesiae Catholicae se nouerit laborasse. Imò  
 qui ad honores irrepserit, habeatur, vt ante,  
 conditionis extreme, etiam si honorariam pro-  
 meruerit dignitatem. Et qui synagogae fabri-  
 cam cepit non studio reparandi, cum damno  
 quinquaginta librarum fraudetur ausibus suis.  
 Praeterea bona sua proscripita, poenae  
 sanguinis destinandus, qui fidem alterius  
 expugnauit peruersa doctrina. Et quoniam de-  
 bet imperatoriam maiestatem ea prouisione  
 sancta complecti, vt in nullo laedatur publica  
 utilitas, Curiales ciuitatum omnium, nec non  
 honorales onerosi, quin etiam militiæ, seu di-

Judaeis inter  
 Christianos  
 non licet ad-  
 ficare syna-  
 gogam.

Hereticis non  
 licere alios ad  
 suos sectas tra-  
 here docendo  
 vel persuadē-  
 do, vel per-  
 vim,

Capite ple-  
 ctendos, qui  
 Catholicū  
 peruersa do-  
 ctrina sedu-  
 cunt.

Ss uerfis

uerſis officiis facultatum, & perſonalium  
nerum obligatos ſuis ordinibus, cuiuscunq;  
ctæ ſunt, inhæreere cenſemus, ne videamur  
minibus execrandis contumelioſo ambitu  
munitatis beneficiũ præſtitiffe, quos voluit  
huius conſtitutionis autoritate damnari.  
exceptione ſeruata, vt apparitores membra  
rum ſectarum, in priuatis duntaxat negotiis  
nullius iudicis ſententias exequantur, &c. Ita  
dem ſequitur.

• An diutius perferimus mutari tempo-  
• vices, irata cœli temperie, quæ Paganorum  
• acerbata perfidia, neſcit naturæ libram re-  
• uare. Vndè enim ver ſolitam gratiam ob-  
• uit? Vndè æſtas ieiuna meſſe laborioſum op-  
• colam in ſpe deſtituit arillarum? Vndè hæc  
• intemperata ferocitas vbertatem terrarum  
• netrabili frigore ſterilitatis læſione damna-  
• Nifi quod ad impietatis vindictam tranſi-  
• ſua naturæ decretũ. Quod ne poſthac ſolent  
• cogamur, pacifica vltione, vt diximus, p-  
• eſt ſuperni numinis veneranda maietas. Sen-  
• eſt, vt quæ in Manichæos, Deo ſemper ob-  
• ſos, quæ in Eunomianos, hereticæ fatuitatis  
• tores quæ in Montaniſtas, Phrygas, Photinos,  
• Priscillianiſtas, Aſcodrogos, Hydroparallanos,  
• Borboriras, Orphitas, innumerabilibus con-  
• tutionibus lata ſunt, ceſſante deſidia celeſtis  
• cutioni mandentur.

IIDEM IMP. IN NOVEL. VALENTINIANI  
Tit. de Manichæis. Albino P. P.  
Superius

In hæretica  
impietatis  
vindictam,  
irata cœli tem-  
perie tranſit  
lege ſua natu-  
ræ decretum.

Superstitio Paganis quoque damnata temporibus, inimica publicae disciplinae, & hostis fidei Christianae, ad excidium sui clementiam nostram non immerito prouocauit. Manichaeos loquimur, quos execrabiles, et toto orbe pellendos, omnium retro Principum statuta iudicantur. Nec dissimulationem crimina nuper detecta patiuntur. Quae enim, & quam dictu auideturque obscena in iudicio beatissimi Papae Leonis, coram senatu amplissimo manifesta ipsorum confessione patefacta sunt? adeo ut eorum quoque qui diceretur Episcopus, & voce propria proderet, & omnia scelerum suorum percriberet. Quod noticiam nostram latere non potuit, quibus tutum non est negligere tum detestandam diuinitatis iniuriam, et impunitum relinquere scelus, quo non solum corpora deceptorum, sed etiam animae inexpiabiliter polluantur. Unde Albine Praefecte Augustorum, illustris & magnifica autoritas tua hac nos in aeternum victura lege statuisse cognoscat, quam in omnium prouinciarum faciet notitiam editis propositis peruenire. Ut ubicunq; terrarum quisquam Manichaeorum deprehensus, poenas, quas in sacrilegos iura sanxerunt, auctoritate publica seueritatis excipiat. Sitque publicum crimen, & omni volenti sine accusationis periculo tales arguere sit facultas. Nec cuiquam licitum tutumque sit aut celare tales, aut talibus conuiuere, cum omnia de hiis a nobis confirmata sint retro Principum statuta, ut nouerint

Manichaei execrabiles.

Haeretici obsceni.

Haeresis polluitur corpus & anima.

Haeresis publicum crimen, quod omnibus accusare licet.

Enumeratur  
pœna Mani-  
chorum,

vniuersi hac edictali lege pposita, Manichæi  
dignitate militiæ, & vrbium habitatione  
uandos, ne quis innocens talium conuer-  
ne, aut societate capiatur. Successiones nec  
pian, nec relinquat, sed fisci nostri viribus  
gregentur. Nec eis, quod palam interdicim  
vlla fraude quærat. Iniuriarum carerant  
ne, contractus liberos omnino non habent.  
Primates vnusquisque militiæ, vel omni  
mox exigenda per apparitionem nostram  
cem libras auri multa percellat, si quem  
superstitione pollutum fuerint militare  
que enim aliquid nimium in eos videtur  
se decerni, quorum incesta peruersitas  
nis nomine lupanaribus quoque ignota  
denda committit. Dat. XIII. Calend.  
Romæ, Valentinian. A. VII. & Nuno  
COSS.

Hareticorum  
incesta peruer-  
fitas religiõis  
nomine lupan-  
narib<sup>9</sup> quoque  
ignota vel pu-  
denda com-  
mittit.

§ Alias colle-  
ctis.

Adhortatio  
ad Catholicã  
vnitatem,

IUSTINIANI. IMP. AVTH.  
interdict. collegiis. § Hareticorum.  
Collat. 9.

**P**Lurimorum esse & maximum bonum  
nibus hominibus credimus verã & im-  
culatã Christianorum fidei rectam confes-  
nem: vt per omnia hoc roboretur, & omni-  
bis terrarum sanctissimi sacerdotes ad  
cordiam copulentur, & consone immacu-  
tam Christianorum confessionem prædicent  
& omnem occasionem, quæ ab hereticis im-  
nitur auferant: Quod ostenditur ex diuersis  
conscriptis à nobis libris & editis, Sed quoniam

nam haeretici neque Dei cogitant timorem, neque interminatas talibus poenas ex legum feritate considerantes, diaboli opus implent, & quosdam simplicium seducentes sanctae fidei Catholicae & Apostolicae Ecclesiae adulteras collectas, & adultera baptismata latenter faciunt: pietatis existimauimus, per praesens nostrum edictum monere, eos qui tales sunt, quantenus & ipsi recedant ab haeretica vesania, & nec aliorum animas per simplicitatem periant, sed magis concurrant ad sanctam Dei Ecclesiam: in qua recta praedicantur dogmata, & omnes haereses cum principibus suis anathematizantur. Nosse enim volumus omnes, quia si de caetero aliqui inueniantur, aut contrarias collectas facientes, aut apud semetipsos collectionem, nequaquam omnino eos ferimus, sed domos, ubi aliquid delinquitur, sanctae assignamus Ecclesiae: his autem qui colligunt aut apud se colliguntur, ex constitutionibus poenas inferri omnibus modis iubemus.

Haereticos nihil timoris Dei habere, opusque diaboli implere.

Dehortatio ab haeresi.

Haeretici ne colligant inter se contributiones,

## DE SCRIPTIS HAERETICORVM.

THEODOS. ET VALENTIN. IMP.  
in l. 3. C. de sum. trin. & fid. Cath. &c.

Omnia scripta, quae Deum ad iracundiam prouocant, vel animas violant, ne in honorem quidem aures venire volumus. Quod si autem peruenit ad nostras pias aures, quod-

Isti legis meminit etiam Euanagius Scholast. & Nicephor. lib. 4. cap. 20. 16. dam Eccles. hist.

Ss 3

dam